Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



grandes eos faciant bonorum operum magnitudine. Vnde
et iacob quasi peccatorem se ostendens ait. Parui et mali dies
mei. Dies inquit mei sicut umbra inclinati sunt. et ego sicut
fenum arui. non quod longam uitam quesierim in presenti in quo
omne quod uiuum breue et umbra est et imago. in imagine
enim pambulat homo. s; quod de futuro timeat ne ma
longitudo uite ipsius ubi uera uita est breuetur. Fit ma
tas quae fit supterra. quia sunt iusti ad quos puenium
quasi facta iustorum. Dici qua et hoc uanitas. In ceteras
uanitates quae in mundo uario ferunt euentu etiam hoc de
prehendi. quod iustis ea frequenter euenium quae impiis eue
nire debuerant. et impii tam feliciter in hoc mundo degum
ut eos putes esse iustissimos. Habet exemplum euglin diui
tis purpurati et pauperis lazari. septuagesimum quoque; sed
psalmus de hac re disputat cur iustis interdum mala et
impiis euenant bona. Ideo autem quod nos posuimus est ua
nitas quae fit supterra. symachus absolute transtulit dicens.
Est difficile cognitu quod fit supterra. Hebrei iustos quib;
euenant mala. et impios quib; accidant opa iustorum.
filios aaron interpretantur et manassen quod illi sacificantes
pierunt. et iste post tanta mala et captiuitate in impium
restituius sit. Et laudaui ego letitiam qua non est bonum
homini sub sole non comedere et bibere et letari. et ipsum
egredietur cum eo de labore suo dieb; uite sue quos dis
dedit ei sub sole. hoc plenius superinterpretari posumus.
et nunc strictim dicimus; libet breuem et cito finem
dare pferre uoluptate conuiescendi et bibendi angustiis
seli et his quae inique fieri uidentur in mundo. quod